

f Exod. 28.

Septuaginta sequutus est (f). Referunt hec omnia ea, quae Sapiens brevioribus verbis cap. 18. 24. scripta reliquit: In veste poderis, quam habebat, totus erat orbiterarum.

Animadversione plurimam dignum est, Philonem verba ipsa Sapien- tiae nunquam laudare, quod sane observasset si e Sapien- te sententias referre vel eum Authorem sequi voluisset. Eadem sunt apud utrum- que sententiae, methodus, gustus, iidem- que quamvis diversis expressi verbis concep- tus; quemadmodum solent Autho- res eosdem conceptus de eodem argumen- to in variis scriptis Operibus exprimere. Hae itaque spectasse eos credimus, qui de Philone, atque Authore Sapien- tiae unam, eundemque Scriptorem fecerunt.

Sed stili inter utrumque Authorem dis- crepantia validissimo est argumento, quo unus ab altero distinguitur; id tamen pri- scos illos Authores a sua de hac re sen- tentia non retraxit, quanquam aliqui de stili diversitate, non minus ac Scriptores nostrates, ferre iudicium nosset. Ipsa enim orationis structura reclamante, observant per intervalla in eodem Libro mag- nificas illas, atque epithetis turgentibus Philonis periodos, vividas & patheticas in picturis phrasas. Si reliqua autem mag- nis ad gravitatem, & sententias composita videbantur, quam caetera eiusdem Autho- ris Opera; haec sane de industria a Phi- lone affectata crediderunt, quippe qui pre- tenso Salomonis nomine, ad hanc ideam orationem suam componeret. Hae facile tota fuit ratio de stili discrepantia inter utramque Lucubrationem, discrepantia, in- quam, tota ex argumento Libri, & consilio Authoris proveniens. Distos enim, planeque varios affectat characteres Autho- ris, cum Orationem, cum praecipua, cum epistolam, cum carmen scribit; in om- nibus tamen unus est idemque Scripto- r.

Quoniam autem Liber certi temporis, & loci indicia rara subiciat, aliqua ta- men in illo subodorari ea de re licet. Vi- vebat Author in regione pagana, & facile in Aegypto; quandoque enim in idolo- latriam Aegyptiorum inveni deprehenditur, carpens bruta, aquam, ignem, serpentes, & perniciosas vilesque bestias in aris con- secratas (g). Vivebat quo tempore Iudei summo habebant honori Paganorum reli- gionem (h). Idolorum originem accersit e consecrata a parente superstite, & de filii letho dolente eiusdem filii memoria (i). Quadrant haec cum summa qua- Aegyptii in defunctos tenentur, observantia, sicut & cum iis, quae de Iside, & Osiride summis eiusdem gentis Numinibus, feruntur; quorum alterum in populo re- gnaverat, illa Regi Aegypti, nupta conju- gis sui memoriam cultu superstitioso con- secraverat. Occurrit etiam apud illum ne- scio qua oppressio & persecutio, qua popu- lus a Principibus Paganis affligebatur [k]. Consonant haec omnia aetati Philo- nis, cum scilicet in Iudaeos in Aegypto, & Iudae Imperatores, Praefides, atque vulgares populi omnes conspirarent.

g Sap. 11. 16. & 16. 1. 9. Confer Phi- lon. de Deca- log. pag. 382. & 183. h Sap. 13. 1. 28. & 14. & 15. 1. & c. i Sap. 14. 15. & c. k Sap. 15. 14. Omnes enim insipientes, & infelices su- pra modum anima super- bi, sunt ini- mici populi sui, & imper- vantes illi. & c.

Si vero Author post Jesu Christi obitum scribebat, & nosse passionis ipsius histo- riam & describere in persecutione illa Iusti eiusque supplicio poterat (l). Facile etiam cum pra oculis haberet Christia- nae Religionis exordia, & prodigia Evan- gelii praedicationem consequentia, augu- rari sibi poterat imminentem Idolorum & Idololatriae everisionem (m). Tandem cum sub Imperatoribus saevissimis, & Idolola- tris ageret, maluit sub Salomonis persona, instructiones suas occultare; suumque con- silium magis magisque celaturus, stilum etiam affectavit, ut antiquitatis quendam aerem, & auctoritatem spiraret. Tutum etiam vix fuisset, quantum consilio, tunc temporis in media urbe Alexandrina Librum Graece scriptum ad Principes dirigere, in quo Idola, & Idololatria liberioribus verbis ab Authore reprehenderentur. Facilius Sa- lomon haec loquens, tutiusque audiretur.

Cum S. Hieronymus refert, Veteres non- nullos Scriptores authorem Operis Philo- nem Iudaeum habuisse, nullus dubito, quin Philonem Alexandrinum designaret. Equis enim alter eo nomine tunc tempo- ris innotuerat? Cum autem laudati ab illo ea de re Authores omnium primi diser- te de Authore eius Operis in Ecclesia vul- gata loquantur, eorum sane auctoritas maxi- mi reputanda est; ex eo potissimum quod post ea tempora nemo alium certum eius- dem Scriptorem prodidit unquam. Ea est harum veritatum incholes ut quod magis ad originem suam accedunt, eo majorem ver- itatis fidem obtineant. Porro eorum Scri- ptorum aetate recentissima erat eius rei traditio, ac facile ex ipsis Apostolorum saeculis in Ecclesiam derivata. Philonis me- ritum satis praedicant magna illa de vi- ro Authorum veterum elogia. Non de- fuisse qui crederent sacris Christianorum additum fuisse, adductis supra Eusebii, & S. Hieronymi idem asserentium testimo- niis, probavimus. Calluisse illum Veterum leges omnes & doctrinas Eusebii est au- thor (n), eloquentiam eius laudat, sen- tentias, conceptus, in Scripturis eruditio- nem, sicut & Libros Sacros interpretandi rationem (o). Si in Catalogo operum Phi- lonis apud S. Hieronymum, & Eusebium, aliosque Liber Sapien- tiae desideratur, hu- jus rei in causa fuisse potuit, quod cum ea aetate inter Scripturas Divinas referen- dum esse Opus ambigeretur, abs re pro- prius videri poterat, si inter Opera Authoris Iudaei appareret.

Haec fere sunt quae Philoni Opus vin- dicant; sed non tanta profecto, quae Li- brum eidem Scriptori adjudicent. Obstat, & semper obstat Iudaeicae Religionis in Viro professio, quam sane usque ad vite exitum servavit, quanquam aliqui ea eta- te viveret, quam pluribus annis Christi obitu praecesserat. Si Evangelii veritatem novit, non illi sane tantum detulit, quantum debuerat. Non est igitur cur per eum virum locutum credamus Spiritum Sanctum, ut Ecclesiam doceret, eiusque opera paratum Librum inter sacros haberi voluisse. Harum sane rationum pondus non

l Sap. 2. 10. & c.

m Sap. 14. 13.

n Prepar. 1. 7. cap. 12.

o Idem Hist. Eccl. 1. 2. 6. 18.

non sentiunt, qui Sapien- tiam a Libris Sa- cris abjudicant; sed in illos haec habemus in promptu: 1. Stili discrepantiam, 2. Silen- tium Authorum, ac potissimum Eusebii, & S. Hieronymi, sicut & Photii, Suida, aliorumque, inter Opera Philonis nullum huic Scripto locum esse permittentium: 3. Loca ex eo Libro in Evangelio, & Epi- stolis Apostolicis laudata, quae sane Ope- ra seu Philonis Operibus vetustiora sunt, seu modico plane tempore post ejus Li- bros scripta. Vide haec loca in Prolego- meno superiori expressa. Favet igitur illi inconspicuum plane traditio, cui si consensus aliqui sententiarum adstipuletur, non ita tamen haec Philoni peculiariora sunt, quin pariter in Job, Proverbis, Platone, Ec- clesiastico, & Machabaeis paria liceat ob- servare (p). Apud singulos illos conceptis verbis poenae, & retributiones expressae in altera vita leguntur; Sapien- tia Deo cor- va, Verbum Dei potentissimum, Sapientis- simum, quod creare omnia, servare, in- struere etiam, punire, praemio donare no- vit. Communia haec sunt axiomata apud Iudaeos eius aetatis, quae forte ipse Philo ex iisdem Scripturis didicisse poterat.

p Confer Sap. 7. 25. cum Ec- cli. 1. 5. & Eccl. 1. 9. 10. cum Sap. 1. 5. & c. & 7. 22. 23. & 12. 1. & c.

Apud Origenem nihil satis certi prodit- ur, quemadmodum & apud caeteros post ipsum Patres de Authore eiusdem Operis. Nihil tandem ultra fateri cogimur ex huc- usque deductis, quam quod Philo satis cum Authore Sapien- tiae consonat, qua in methodo, qua in sententiis fere omnibus; vixisse quin etiam Authorem Sapien- tiae in Aegypto aetate non multum remota, & post adornatam a Septuaginta Versionem. Si quis autem studium adhibeat in colli- gendis utriusque Authoris variantibus, plura facile congereret. In Sapien- tia puer- perii tempus intra decem mensium perio- dum clauditur (q); in Philone vero intra septem definitur; ut si quae terminum il- lum transgressa, nempe si octavo mense mulier editur, dilati nimium puerperii in- commoda proles sentiat, vel plerumque vitam non proroget (r). Discrepant etiam in sententia de hominum formatione, eju- que cum Deo similitudine; in ea est enim Author Sapien- tiae opinio, ut homo pro- ductus dicatur ad Dei immortalis, & in- nocentis similitudinem (s). Ejus nempe hominis corpus e terra deductum in ter- ram reducendum statuit (t), cum vicis- sim anima a Deo egressa Deum repetat post mortem. Philoni vero ita constitutum est, ut totam Dei cum homine similitu- dinem ad animam a Deo tantum ab exor- dio creatam, instamque ab illo in bonum indolem referat (u). Addit tamen acci- tos a Deo in societatem construendi ho- minis Angelos pravos, quibus authoribus accepto referendam esse illam in malum propensionem. Quae plane sententia perni- ciosam illam de duobus principiis bono pra- voque, a Manichaeis assertam deinde heresi- sm, infert.

q Sap. 7. 2.

r Philo de opif. Mundi pag. 28. Edit. Paris. & l. 1. allegor. Leg. p. 42. s Sap. 2. 23. 24.

t Sap. 15. 8.

u Philo de Opif. Mundi pag. 16. & de confusione Lin- gu. pag. 346.

ne praecedat, vetustius arbitrat. Versionis in Graecum Authorem fuisse credit Chri- stianum aliquem in eadem lingua exerci- tatisimum, a quo liberius redditum Opus, absque eo quod verbis originalis serviret; hinc, ait, nonnulla e medio Christianismo in Librum derivata sunt. Huc referenda quae de Iudicio supremo Iustorum, im- piorumque, pro meritis retributione in eo Libro disertius, quam in aliis quibuscum- que Hebraeorum exprimentur.

De hoc Grotii systemate universo nul- lam proferre possumus satis firmam con- jecturam. Opus enim Hebraice scriptum, fuisse non nisi divinando assereremus; cum Veteres omnes qua Iudaeos qua Christia- nos ea lingua scriptum latuerit. Porro si quod unquam fuisset, Iudaei ne commis- sissent, ut periret? Nullum Hebraici vel sermonis cuiusdam exotici vestigium in Versione Graeca apparet. Christiana autem dogmata, quae in Versionem irrepsisse Gro- tius autumavit, recurrit etiam in Libris Machabaeorum, in Philone, eorumque pars etiam apud Platonem legitur. Nam- que in Macchab. lib. 1. cap. 6. & 7. in Eccl. 18. & 24. 31. 32. & 31. 10. & c. in Philone in locis supra laudatis, testimonia legimus disertissima de vita Iustorum eter- na, quemadmodum & aeternis impiorum suppliciis. An igitur propterea recentita a Christianis Opera illa suspicabimur? Vivida illa Iusti pictura, persecutionibus, & calum- niis afflicti, ac tandem violenta morte oppressi, nonne etiam a Platone de Rep. l. 2. exhibetur, ex quo in Ciceronem de Rep. l. 3. & Senecam (x), derivatam scimus? Scitum est etiam, quantum veteres Graeci ipsique Iudaei Scriptores doctrinae hujus Philosophi studerent; nec abs re prorsus suspicemur, Operis hujusce Scri- ptorem consecrandam duxisse hanc de Vi- ro Iusto ideam, latiusque explicandam in Opere hoc Divino suscepisse, asserta in hunc modum e captivitate qua, apud Paganos tenebatur, in libertatem veritate. Ita S. Paulus conceptus interdum, & verba ipsa prophanonum Authorum consecravit (y).

x Apud Laet. L. 6. c. 17. ex Senec. lib. Mor. Philos.

y Tit. 1. 12.

Cornelius a Lapide Praefat. hic autu- mat, eum Librum Graece scriptum, Ju- daum habuisse Authorem post regressum e captivitate Babylonica circa tempora Pto- lemaei Philadelphi; neque abs re esse arbi- tratur, si e numero Septuaginta Interpre- tum aliquem crederet, vel saltem alium quemcumque Sapientem Iudaeum, qui pro Rege Aegypti ad scribendum se contule- rit; est enim Opus, juxta ac supra ani- madvertimus, ad institutionem Principis destinatum. Refert Aristaeas, Philadelphum proposuisse singulis Interpretibus quaestio- nem de optima Reipublica administratio- ne. Opinioni vero, quae olim increbuerat, de Philone ejus Libri Authore, in causa fuisse existimat equivocationem in nomine Salomonis. Cum enim Salomon alio nomi- ne Jechidiah 2. Reg. 12. 35. appellaretur, quae posterior vox Dei amicum sonat, & Graeci id ipsum explicent nomine Philo- sive Philo; Rabbini Philonem appellaturi, no- men Jechidiah usurpabant. Quare lecto



nomine *Sapientia Jaddiab*, interpretati sunt: *Sapientia Philonis*.

His conjecturis nihil deest præter rationes, & petita è re argumenta. Quare in re ambigua à dubio non recedamus, libentesque profiteamur ignotum esse hujus Authorem, quamvis Divinum alioqui Opus sit & canonicum, cum nihil in eo desideretur quod Divini Operis numeros impleat. Divinis est enim institutionibus referentissimum, apertissima de Jesu Christo, ejusque Passione Oracula, ac tandem veritates exhibet æquè justis, ac sanctis recreandis, terrore verò impiis afficiendis utiles. Accedit Ecclesiæ autoritas, qua in

Catalogum Divinorum Librorum cooptatur. Vixisse Authorem post Septuaginta, è quibus etiam tunc testimonia laudat, cum ab Hebræo recedunt, nullus dubito. Scribebat eo tempore, quo allegoriis Eruditi delectabantur. Tandem exercuisse se gnaviter demonstrat in scriptis Philosophorum, & Poetarum Græcorum; qui omnes characteres recentiorum produunt Authorem. Equidem à tate posteriori crederem Scriptore Ecclesiastici, quem sub Rege Ægypti Ptolemæo Epiphane, & Syriæ Antiocho Epiphane constitui; quare vivere potuit sub Macchabæis.

## DISSERTATIO DE ORIGINE IDOLOLATRIÆ.

**D**uos vel tres Idololatriæ fontes indicat Author Sapientia. Primus est mœsi parentis de amisso acerbo funere filio mixtus amore dolor; quærendo enim solatio simulacrum erexit filii sui, cui unâ cum universâ familia divinos honores impendit; ex familia superstitio in Urbem derivata, & è Numine unius familiæ totius Reipublicæ Deus effectus est (a). Secundus, sculpti alicujus Operis elegantia, quam sanè dignam Divinitatis sedem stulti homines arbitrati sunt (b). Tertius, quod in idem ferè recidit (c), cum nempe simulacrum scitè adeo efformavit; ut proinde Divinitati consecrandum censeret. Calvinus invidiam in Librum Sapientia creaturæ, quò illum è Canone expungeret, autumavit deprehendisse se in assignanda Idololatriæ origine apertissimum in Libro errorem; quare decepti Authoris factum alienum esse à Deo, omnis veritatis Authore, contendit (d).

Honorem Sacri Authoris, simulque Ecclesiæ universæ, auctoritatem Libri tanquam divinam recipientis, vindicaturi, nostram hanc Dissertationem institimus de Idololatriæ origine, in qua ne lato quidem ungue à veritate recessisse Authorem sustinemus, ostendentes noluisse illum omnes Idololatriæ causas recensere, sicut neque primam originem ejus rei indicare contentum, exempla quadam exhibuisse crassioris illius superstitionis, Divinos honores fato jam sanctis mortalibus, atque sculptis marmore simulacris impendentis. Quanquam stultum hoc Idololatriæ genus recentius sit præ altero, quo spiritus, astra, & elementa colebantur. De his ergo in præsentia. Epicurei, & quicumque Religionis naturalis systema sibi fabricarunt, statuant hominem fortuito casu emeruisse, sicut & reliquas Orbis partes universas, eumque fortuito casu & per gra-

das ad usum sermonis, ad leges vitæ civilis, ad cultum Deorum & Religionem pervenisse. Ita ex illis unus sensit Statius Theb. l. 3:

*Primus in orbe Deos fecit timor.*

Et Horatius.

*Jura inventa metu injusti fateare neces-*  
*se est.*

Homines somniorum phantasmatis turbati, ait Lucretius, Deos sibi ad arbitrium fabricarunt (e). Cum autem in somniis spectra quadam sibi obversantia animadvertissent, quæ corporis proceritate justam hominum staturam excederent, sicut & elegantia cæteris præstarent, vera esse quæ videbant rati, Deos sibi constituendos susceperunt. Hinc staturæ, Tempora, & per universum Orbem Altaria. Aliis interea imposuit certus astrorum motus, fulgor, & nitor, sicut & amplitudo, cujus impares erant naturalem rationem assequendo; quare in eam venerunt cogitationem, ut à potentissimâ quadam re hæc omnia dirigerentur; vel saltem astra totidem essent Numina, quæ homines in suâ continerent potestate.

Sed quantum illi in origine religionis errabant! Non sanè habendi cupido, non timor, non error, non casus Numinis ideam, & potentissimæ rei conceptum hominibus indidit. Hoc enim altâ mente insculptum gerentes, prima Religionis femina è primo ortu referimus. Hæc verò ratione fota gratiâ excluduntur. Quò homines de Numinis existentia sibi persuadeant, ipsi se consulant, tum & creaturas respiciant, ac tandem rationem docentem audiant. Potissima Idololatriæ origo ea censenda est, quæ ex oppressis naturalis rationis igniculis resultavit, rerum divinarum ignoracione frigidique illo torpore, qui homines reddit segniores excolendis il-

illis veritatis seminibus à natura in eorum mente jactis.

Porphyrus vir doctus, cum iniquissimo esset in Christianos animo, simulque intelligeret quantum è re Christianorum, fuisset impium illud absurdum crassumque Idololatriæ commentum, cujus ipse totam sentiebat vim, aliud planè à vulgari diversum excogitavit Religionis systema. Usus est in eam rem autoritate Theophrasti [f], qui primorum hominum Religionem describens, alterius sanè superstitionis ideam ingerit, quam quæ deinde obtinuit. Olim, juxta Theophrastum, nulla erant ad cultum proposita simulacra, nulla operabantur mortales sacra cruenta, omnia aberant Tempora, Ara, & Sacerdotes destinati. Recentiora sunt, addit, nomina, genealogiæ, atque variorum Deorum inter se distinctiones. Unum, primumque rerum omnium principium debita purâque subjectione & cultu agnoscebatur; oblatæ illi herbæ, lac, fructus; puræ, & infontes manus levabantur ad Cælum; non intermixti liquores libabantur; quisque verò sui erat sacrificii Sacerdos. Hanc religionem Porphyrius probavit, in qua potissimum, putumque ac genuinum Paganismum volebat agnosci. Hæc insuper Religio erat Sapientum & Philosophorum; quare, addit Porphyrius, quam vos impetitis, Christiani, Religio populi est vulgaris, & indocti.

Utitur non rarè Eusebius testimonio Theophrasti, & Porphyrii idololatriæ arguendæ simul & ab usibus in eorum superstitione regnantibus, planè oppositis primorum hominum religioni demonstrandis. Sed alia planè erat Porphyrii mens; valde enim cavisset, ut homines ad usum primæ Religionis Veterum Patriarcharum revocaret, uti Adam, Abel, Seth, Henoch, Noe, quos ille ne norat quidem; sed in se suscepit à conflata de multiplicitate Deorum & cruentorum sacrificiorum invidiâ Paganismum vindicare, simulque voluit Paganismum suum reformatum & è vulgari subductum magis magisque commendare. Sed nobis planè non imponet; semper enim contra ipsum asserimus, nullam talem Religionem, qualem ille depingit, ullibi apparuisse; cujus exempla, si quæ fortè invenisse sibi confidat, hæc petita sunt omnia è vera Religione, & veteribus Patriarchis, quibus nihil erat cum Paganis commune. Colebant illi non Cælum & astra, sive consulam primi principii notionem, sed Dominum Deum Omnipotentem Cæli terræque creatorem. Cultus ille longè erat à superstitione, nec hominum arbitrio sed ex Dei præscripto inductus. Frustra Porphyrius aliique laborarunt, quò ab impacta criminis accusatione Paganismum purgarent. Fontes habuit Idololatriæ errorem & licentiam; in decursu accessit stultitia & crimen; devolvitur in impietatem, & atheismum.

Novam de paganismi origine sententiam Philosophorum alii invexerunt (g); male enim congestam tot portentosarum fabularum struem non sustinentes, horrentes

insuper ad objecta de Numinibus crimina, & indigno Diis cultu, simulque molestius ferentes vagantem in incertum eorum genealogiam, commodum sibi duxerunt, si alios habere se dicerent Deos, quam quorum invidia onerabantur; neque enim cultum impendere se profitebantur hominibus, sed astris & elementis; quem enim Jovem appellabant, ipsum esse dicebant Cælum; Neptunus aqua, Apollo Sol, Diana Luna, Juno aer, Vulcanus ignis, & sic de singulis. Sed Astrorum cultus, non minus quam Simulacrorum sive hominum rationi videtur repugnans; imò potius præ hominum detestabilior, præstat enim Creaturam ratione utentem colere, quam inanimum. Sol hominum servituti destinatus est, quare nec homine potiorum meretur honorem. Operam ergo perdebant quicumque fabulam, & Theologiam Paganorum operosâ disquisitione explicandam assumpserunt; qua in re, ait Cicero, ita se habere videntur, quasi se fabellis futilibus & stultis serias explicationes dare laborarent (h). Paganorum Religio tumultuario opere consistit, neque enim Sapientes & prudentiâ præstantes viri totum fabricarunt systema. Primus ejus Author nullam habuit certæ systematis ideam. Vulgus enim indoctus & supersticiosus Idola primus invexit; Sacerdotes, lucelli cupidi, in absurda opinione gentem foverunt; accesserunt Principes politicâ ratione ducti; Sapientes adjecti sunt, metu ne invidiam in se populi crearent: quanquam, ut vera dicam, nunquam illi seridè & datâ operâ idololatriam amplexi sunt, cujus tamen caeremonias, turbam sequuti, exquebantur, thure Deum colentes exterius, quem intus in mente deridebant.

Erant inter eos, qui rudem illum cultum vulgo relinquentes, ad spiritualiamentem elevabant; quare cum simulacro Jovis coram prosternerentur, mentem tollebant ad Deum, quem Cæli Creatorem agnoscebant. Quo simul factò, & se è reliqua turbâ subducere, & cultum suum è communi fœce vindicasse se autumabant (i).

*Felices illi, qui non simulacra, sed ipsos,  
Quique Deum coram corpora vera vident.  
Quod quoniam nobis invidit inutile fatum,  
Quos dedit ars, votis effugiemque colo.  
Sic homines novere Deos, quos arduus Æther  
Oculit, & colitur pro Jove, forma Jovis.*

Quod tantundem esset, ac si Jupiter ubicumque ille inveniretur, plus aliquid mereretur honoris, quam ejus simulacrum, vel fas esset elatâ ad originalia mente, cultum impendere in virum corruptum & impium. Hanc enim habemus ideam de Jove cæterisque Numinibus ex historia & ipsa Paganorum Theologia.

D. Clericus (k) vetustissimum idololatriæ genus illud habendum esse contendit, quod Angelis summum impendit honorem. Horum sanè cultus vetustissimus est sine controversia; cœpit autem primum ex debita illis observantia, quam sibi beneficiis

h De Nat. Deor. l. 3. Magnam molestem suscepit primus Zeno, deinde Chrystipus, Commentitiarum fabularum reddere rationem. Vidè si placet Chæremone. apud Porphyrium laudatum ab Euseb. præp. l. 3. c. 3. pag. 92. 93. Item pag. 100. 101. 108. 111.

i Ovid. l. 2. de Pont. Epist. 8.

k Cler. Index Philolog. ad hist. Philosoph. Orient. in voce Angelus & astra.

f Vide Porph. de Astin. anim. & apud Euf. Præp. Evan. l. 1. & 4. & alibi saepius.

e De Rerum natur. l. 5.